



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

19. In festo S. S. Matthæi, De eius vocatione. Matth. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

modicum erat in dicta turba, quomodo enim sequeretur Christum clamantem. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: Ideo solere nos frontem, totumq; corpus saepe insignite cruce, vt hoc lumen in omni actione nostra preferatur: alioqui enim facile nos tenebrae, & tenebrarum Princeps suis tentationum laqueis esset comprehensurus.*

INFESTO S. MATTHÆI APOSTOLI. 21. Septemb.

*De eius vocatione ad Christum.*

*Matth. 9,*

**I**ESVS videns Mattheum sedentem in telonio, ait: *Sequere me, & surgens secutus est eum.* Considera potentiam & clementiam eximiam Dei, quod hominem immersum peccatis, & huius mundi curis, (vt sunt telonarii) dignetur extrahere tam subito ex peccatorum lato, & ad summam vitæ Apostolicæ perfectionem vocare, ab vno extremo ad alterum: vt discas, nullum esse peccatum vel imperfectionem, nullum etiam peccati statum, ex quo Deus, si eum vocantem sequi velis, non possit velitque te

M s extra



extrahere. 2. Considera promptam obedientiam Matthaei, omnibus opibus negotiis posthabitis Christum insequentis. Cognosce quoties te Christus vocet, ut eum sequare, in hac illaque virtute te exerceas, hoc vel illud bonum opus facias, & tamen sanctae eius inspirationem respicias, vel si ammiras tamen exequi differas. Ora ergo Deum, ut semel perfecte omnibus cupiditatibus praerenuncies, & Christo soli aurem praebeas.

2. *Discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores discumbebant cum Christo. & rogabant discipulos, cur cum peccatoribus manducaret eorum Magister. Considera tantas fuisse Christi virtutes cum summa humanitate coniunctas, ut etiam mali homines sponte se ei adiungerent. Instrue & tu vitam, ut non solum scandalo nulli sis, sed etiam modestia, pietate & comitate ad tuum colloquium alios allicias, & conversationes tua meliores reddas. 2. discite non curare obloquutiones, sicut nec Christus curavit, nam detractor sibi soli nocet, sicut qui candelam emungit, digitos suos tantum urit, & aliter pdest. 3. discite eos qui cum Mattheo sequuntur Christum, & deserunt mundum, laudem apponere conuiuium Christo. quia nulla re magis delectatur, quam perfecte sui & mundi contemptu.*

*Exemplum*



FESTA TOTIVS ANNI. 187

*Euntes discite. Quid est? misericordiam vo-  
lo & non sacrificiū. Non enim veni vocare iu-  
stos sed peccatores. Considera rursus ineffa-  
bilem Christi clementiā & charitatem, q̄  
ei quasi gloriæ suæ oblitus, potius cordi sit  
erga peccatores misericordia, quā fuerint  
omnia sacrificia in honorem eius oblata,  
imò non propter iustos, quos tamen in pri-  
mis complecti deberet, sed propter pecca-  
tores de cælo descenderit, humanam na-  
turam assumpserit & consumeliosissimam  
mortem oppetierit. Considera, quam cari-  
tas & passio Christi efficax fuerit in cōuer-  
sione peccatoris Matthæi, vt & ipse Chri-  
sti discipulus insignis, Apostolus & Euan-  
gelista factus sit, & postquā in Æthiopia  
longè lateque fidem Christi propagasset,  
vicissim pro Christo, tempore sacrificii in-  
cruenti in ara peracti sanguinem profude-  
rit.*

3.  
Ose. 6.

IN FESTO MICHAELIS  
ARCHANGELI.

29. Sep-  
temb.

*De imitandis paruulis. Matt. 18.*

**R**ogantibus discipulis, quis esset major in  
regno cælorum. Christus statuit paruulū  
in medio illorum, dicens, nisi efficiamini sicut  
paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.

Con-